



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Manuale Parochorum, De Obligationibus, Functionibus Et  
Juribus Parochialibus**

**Engel, Ludwig**

**Salisbvrgi, 1662**

Lectori Salutem.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41598**



## Lectori Salutem.

**A** Mice Lector, Manuale Parochorum,  
 quod uno abhinc anno paucis foliis co-  
 aratum prælio Scholastico expositum est,  
 id nunc iterum prælum repetit, & itendi-  
 dem incidi redditum auctius limatusq;  
 nî fallor, evasit. Scopus est honor D E L,  
 salus & utilitas proximi, non fama aut  
 nomen inane : quanta enim sit Ecclesie  
 Catholicæ ædificatio ex probâ Pastoralis  
 Officij administratione, nemo est, qui igno-  
 ret. Ceterum quod magni aliorum Do-  
 CTORUM Codices totis quasi brachijs, egregie  
 quidem, sed lectu operosius, explicant, id  
 unica Manu tenes parvum Manuale, que-  
 stionibus tamen quotidianis & practicis  
 ubertim refertum. placuit hanc formam  
 & methodum assumere, ut ad legendum  
 sis promptior, nec molem fastidias. Vale &  
 fruere.